



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 68. Papæ consilium de pace vel induciis inter Principes Christianos conciliandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI.

§. LXVIII.

A.C. 1523.Papæ consilium de pace vel induciis inter Principes Christianos conciliandis.

Cum Rhodiorum Insulæ expugnatio quodammodo Adriano ab aliquibus imputaretur, ex(*) Sedis Apostolicæ honore fore arbitratur, ut culpam repararet: ideo hanc ob rem, atque aliunde Pontificatum suum illustriorem reddendi cupidine stimulatus nihil non agebat, ut Christiani Principes pacem aut saltem inducias inter se inirent, & Turcas junctis viribus opprimerent. Hunc in finem ad Cæsarem, Franciæ, & Angliæ Reges Legatos suos decrevit, qui eos ad mutuam concordiam inducerent. Verum id (inquit modernus quidam Scriptor) erat opus summi Pontificis vires excedens, qui quidem Vir apprimè probus, rebus tamen gerendis, animisque conciliandis minus idoneus, ac quamvis optima foveret consilia, partium tamen studio plus æquo addictus erat, proin Galliarum Rex parum fiduciæ in ejus integritate reponere poterat. Nihilominus Adrianus, cum a Julii II. & Leonis X. Prædecessorum suorum indole multum alienus esset, adeo genio suo Principes cedere non affectabat, ut
etiam

*Daniel. hist.
de France
tom 5. p. 492.
& tom 8.
dern. edit.
1719. p. 496.*

(*) Vide fol. 248.

etiam eorum confiliis, ignarus licet, Sæcul. XVI. A.C. 1523.
deserviret; quapropter ubi communis omnium Pater esse debuisset, brevi partium studio abreptus aperte Gallis ad-
versabatur.

§. LXIX.

*Soderinus Cardinalis Papæ jussu
comprehensus.*

Haud obscure suum in Gallos odium prodebat Adrianus, dum Cardinalem Soderinum natione Florentinum durius habebat, eoquod hic, ut Gallis ad invadendum Siciliæ Regnum viam pararet, clandestina cum Siculis confilia fovisset, datisque literis Santonen-
sem Episcopum instigasset, ut Franciæ Regem de opportunis Siciliam occupandi mediis edoceret; ast nuncius proditorias literas deferens, cum interceptus Hispaniæ Ministris traderetur, tormentorum vi cunctos conspirationis confcios prodidit; unde Soderinus Cardinalis de perduellione convictus Pontificis jussu in arcem S. Angeli coniectus est.

Petr. de Angler. ep. 781.
Guic. l. 15.

§. LXX.

Fœderatorum exercitus pecuniis destitutus, sed a Mediolanensibus adjutus.

Detecta hac conjuratione ferme eadem